UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

Calepino, Ambrogio

[Wien], 1512

VD16 VD16 C 227

E Ante C

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

difficile aut impoſſibile ſignificat.

Dyſcolus pe. cor. difficilis maluſve/ ſiue pernicioſus: ex Δυσ: et κελομαι iubeo: ita vt dyſcolus dicat̃ cui difficulter iubet̃. Dyoſcolia: difficultas.

Dyſenteria: dici pōt inteſtinoꝝ exulceratio: ex Δυσ qđ malū denotat: et εντερον inteſtinū. Et latine Tormina/ auctore Celſo dicunt̃. Vide i dictione Tormina.

Dyſuria et Strāguiria: difficultas vrine dicit̃. Que vt Galen⁹ inq̃t: fit ex veſice paſſionib⁹ vrinā ſupprimens. Qđ q̃dē ſine calculis et inflāmatiōe nō pōt accidere. Hoc Cato ſignificat cū ait: Quibus egre lotiū it.

Dyſphylus penult. corre. quaſi malus amicus. Iuue. Non eſt romano cuiq̃ locus hic vbi regnat prothogenes aliquis vel dyſphilus.

Dyſpepſia: difficilis concoctio.

Dyſpnea: ſpirandi difficultas. Docet Hippocrates in Aphoriſmis: in ſenectute ſtrangurias/ dyſpneas/ dyſurias/ caceſias eſſe frequentes. Δυσ εστι μοριον κακωσ και πρεω καιπρον.

E Et Ex prepoſitiōes ſunt: que ⁊ ſepant̃ ⁊ cōponunt̃. Separate mō tpales ſūt: vt Ex illo celebratus honos. Mō locales: vt E celo. Mō ponuntur pro a vel ab: vt Audiui e patre me. Modo ſignificant pro vel ad: vt Ex dignitate et vſu/ ex vtilitate: hoc eſt pro dignitate vl' ad dignitatem. E republica ꝑ republica. Modo ſm: vt Ex Platonis ſentētia: id eſt ſm Platonis ſententiā/ ſiue ꝑ Platonis ſententia. Mō in. Cice. E renibus laborabat. i. morbū patiebatur in renib⁹. Cōpoſite quandoq̃ priuationem indicant: vt Elinguis/ exanguis. Quādoq̃ vehementiā vel perfectionem: vt Eludo/ exoro. Quandoq̃ extra: vt Educo/ Excludo. Cōponitur autem E cum b. vt Ebibo. D. vt Educo. G. vt Egredior. I. vt Eiicio. L. vt Eludo. M. vt Emitto. N. vt Enitor. R. vt Erigo. V. vt Eueho. Ex vō componitur cū A. vt Exaudio. C. vt Excurro. E. vt Exeo. F. vt Efficio. O. vt Exoleo. P. vt Expello. Q. vt Exquiro. S. vt Exequor. T. vt Extēdo. V. vt Exuro. Verū quando poſt ex ſequitur f. mutat̃ x i f. vt Effundo. Cum vō ſequitur x. abiiciatur ſ. vt Exequor ⁊ exicco. In aliis integra manet.

E Ante A

Eantes: nomen ꝓpriū hiſtorici Ciçyceni: qui fuit etate q̃ Pygmalion in oriente regnabat.

Ear latine: ver. A quo Earinus: vernus.

Eatenus penult⁊. correp. ſignificat vſq̃ eo: vel ad eum modum. Cui reſpōdet Quatenus: vſq̃quo. Hieronymus. Quia et ſi in ſanctis patribus et prophetis gratia fuiſſe creditur: nō tamen eatenus plena. Sue. in Tyber. Ac primo eatenus interueniebat ne quid perperam fieret.

E Ante B

Ebenus vel Ebenum penult⁊. corre. nomen grecum: et Arabicanus dicitur: Lignum nigrum eſt/ ſolidum/ pulchrum/ aptumq̃ ocularibus medicinis. Hec arbor naſcitur in India: que ceſa dureſcit in lapidē: vriturq̃ odore iucundo. Virgil. lib. ii. Geor. Sola India nigrū fert ebenū. Aetius amelin⁹ ita ſcribit. εβενοσ ξυλον ισιιτωνισ χυλονανα λυομηνον ρυπτικησ και λεπτομερουσ εστιδιναμεωσ οθενκαι τα ταισ κοραισ επισ κοτουντα πεπιστευ ται ρυπτειν ταισ τε αλλαισ οφθαλ μικαισ μιγνυται δαναμεσιν.

Ebrius et Ebria: a bria quod eſt vas vinarium. Eſt eñ ebrius: qui nimio potu alienatus eſt mente. Cui⁹ cōtrarium eſt ſobrius: quaſi ſine ebrietate: qui in cibo ⁊ potu temperans eſt: ⁊ qui nō eſt actu ebrius. Vñ nō ſobrius pro ebrio ſumitur. Mar. Et nō ſobria verba ſubnotaſti. Hinc Ebrietas: quam Cato dicebat nihil aliud eſſe q̃ inſaniā voluntariā. Interdū ebrius ponitur pro pleno et abundanti. Plau. Facite mihi cena vt ebria ſit: id eſt abundās ⁊ opipare parata. Ebrioſus: qui ſepe fit ebrius. A quo ebrioſitas. Hui⁹ contrariū eſt Sobrioſus: ſobrietatis affectator: q̃ vſus ē Cyprianus. Inter ebrium et ebrioſum hoc intereſt. Nā poteſt qui ebrius eſt tum primū eſſe: nec habere hoc vitiū: ⁊ qui ebrioſus eſt/ ſepe extra ebrietatē eſſe. Sic ebrietas ab ebrioſitate ſeiūgit̃/ q alterū affectionis ſit/ alterum habitus.

Ebrio as. ebrium facio. Unde et inebrio: verba actiua. Hiero. lib. ii. Regū. Et inebriauit eū. Plau. in Aul. Nō ebriatus ſomno ſanari ſolet. Aliqñ ebriari ſeu inebriari ſumit̃ ꝑ impleri/ ſeu q̃ſi ſatiari: vt apud Apoſtolū. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria.

Ebriulo as. pe. cor. ebriū facio. Sunt tñ q̃ hec aſpirent ab haurīēdo potu illa deducentes.

Ebron: mons Paleſtinorum: haud longe a Gaça Syrie ciuitate.

Ebur et ebor: vtroq̃ modo dicitur pro elephāti dēte: quaſi e barrho. i. elephāto. Hora. Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barrhis.

Eburneus a. um. quod eſt ex ebore: aut quo inſtar eboris album eſt: fit Eburnea facies. Ouidius libro. iii. Metam. Impubeſq̃ genas/ et eburnea colla decuſq̃. Grece. ελεφαντινοσ.

Eburnus a. um. idē quod Eburneus. Tibu. Hāc p̄m veniens plectro modulatus eburno. Luc. li. ii. Legitimeq̃ faces gradibuſq̃ accliuis eburnis.

Eboreus a. um. ab Ebor fit: ſicut a marmor marmore⁹. Eburneus vō ⁊ eburnus ab Ebur. Et ſignificat qđ ē ex ſolido ebore. Quint⁊. lib. vi. Cū in triūpho Ceſaris eborea oppida eſſent trāſlata.

Eboratus ta. tum. quod extrinſecus ex ebore ē. Quod et eburatum dicitur. Plaut⁹ in Perſa. Lectos eburatos auratos.

Ebudes: inſule ſunt q̃nq̃ numero in oceano britānico anguſto freto diuiſe: cui⁹ incole (vt ſcribit Solin⁹) lacte ſolū et piſcibus vitā agunt.

Ebulū: herba eſt faciēs baccas i ſilitudinē ſambuci. Columel. libro ſecūdo. Sed citra hoc experimentū multa ſunt que et dulcē terrā ⁊ frumentis habilē ſignificent: vt iñcus ⁊ calamus/ gramē ⁊ trifoliū/ ebulū/ rubi/ pruni ſilueſtres/ ⁊ alia complura. Idē. Et rutilas ebuli creat vuida baccas. Legit̃ ⁊ ebulus.

Ebullo las. erūpo/ crepo. Tractū a bulla q̃ eſtiuo tpe ex aq̃ pluuia fingit̃ in ſpeciē pile: ⁊ facile rūpit̃. Perſius. O ſi ebullet patrui p̄clarū funus.

Eburones: populi gallie qui per fraudē multos ex Ceſaris exercitu trucidarunt.

Ebuſus: inſula q̃ cuniculos non habet. Pōpo. Ebuſus aialiū q̄ nocēt adeo expers: vt ne ea quidē q̄ de agreſtibus mitia ſunt generet/ aut inuecta ſuſtineat.

E Ante C

Ecbatana numero plurali: penult. correp. metropolis eſt Medie: vel vt quidā exiſtimant: regionis magne nomen. Eſt et Ecbatana vrbs in Syria: que Epiphania quādoq̃ vocata fuit: ac per g. etiā ſcribi poſſe q̃dam teſtātur Egbatana.

Ecbaſis penul. cor. latine dici poteſt excurſus. Nā cōponitur ab εκ et βαδισ μα και αλλα εκτουβαινω: quod eſt egreſſus: vt Virg. li. i. Geor. deſcribēs tempeſtatē precauendā a ruſticis.

Ecce aduerbium demonſtrandi: quod apud Virgiliū

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aliquid repẽtinũ inſperatũq; ſignificat: vt Ecce autẽ gemini a tenedo tranquilla per alta Horeſco referẽs Scribit Aſconius etiam hoc proprium eſſe Ciceronis vt in rebus improuiſis hac particula vtatur cum apud alios interdũ in rebus letis vſurpetur. Ouid. Ecce Corina venit: ⁊ modo actõ: modo ntõ iungit.

Echemythia ab εχεμυθεω latine taciturnitas.

Eccũ: eccam: eccos: eccas: quaſi ecce eum: ecce eam ecce eos: ecce eas: Sic ellũ ecce illũ. Ellã ecce illaz. Ita exponit Do: Tereñ. in An. Eccum video. Alij exponunt Eccum: ecce hic ſubintellige virum de quo agebamus: Eccam ecce hic ſubintellige fęminam de qua agebamus. Ellum ecce illic. ſ. virũ reſoluẽdo per aduerbia nõ per nomina vt apud eundẽ. Eccum me. qđ non licet exponi ecce eũ me.

Eccubi: ꝑ duplex cc. ⁊ pe. cor. Cõponitur ex ecce ⁊ vbi.

Ecquis ex. en. pro ecce: ⁊ quis. vbi. n. ratione. q. ſequẽtis mutatur in c. Ex quo oſtenditur eandem vim habere. c. et. q. Et ſignificat nũquis. Nam particula. ec. iuncta dictionibus incipientibus a q. interrogatiue poſitis ſignificat an: vel ne: vel nũ: vt Ecquid/nonne/nunquid. Terẽ. in Eu. Ecquid nos amas de fidicina hac. i. aliquãtulũ ne amas propter fidicinam. Ouid. lib. ij. faſt. Ecquid in officio torus eſt ſocialis: ⁊ Ecqđ coniugibus noſtris mutua cura ſumus?

Ecquando. i. nunqñ /vel an aliquãdo/ ⁊ aliquo tẽpore.

Eccleſia latine Cetus/concilium/concio/congregatio. Eccleſiaſtes concionator.

Echinades pe. correpta: Inſulę ſunt Herodoto teſte in Maleaco mari ex oppoſito ad oſtiũ Acheloi. De quibus Luc. Craſſis oblimat echinadas vndis. Seneca in Troade. declinat. Echina ę. pe. pro. Quolibet vẽto faciles echine.

Echinus penul. pro. Tegmen ſpinoſum quo ſeruant caſtaneę: vulgo Riciũ vocant. Vñ caſtaneę echinate Pli. nuces vocamus ⁊ caſtaneas q̃q̃ accõmodatiores glandiũ generi: armatũ his echinato cortice vallum eſt. Ab huius tegminis ſimilitudine dictus eſt echinus piſcis quidam quem Pli. ſcribit eſſe cancrorum genus in quibus ſpinę pro pedibus ſunt: ingredi huic eſt in orbem volui. Gręci em̃ εχιυον hirtum vocãt. Mar. Iſte licet digitos teſtudine pungat acuta Cortice depoſito mollis echinus erit. Saxa petit inter q̃ ſe locat ne a fluctibꝰ iacteť. De hoc Amb. lib. hexa. ſic ſcribit. Echinus aĩal exiguuz vile ac deſpicabile maritimũ loquor plerũq; index futurę tẽpeſtatis aut tranquillitatis annũcius ſolet eſſe nauigantibus Deniq; cum procellam ventorũ pręſenſerit calculuz validum arripit: eũq; velut ſaburram vehit: ⁊ tanq̃ anchoram trahit ne excutiatur fluctibus. Itaq; ſuis ſe librat viribus: ſed alieno ſtabilitur ⁊ regitur põdere. Quo indicio nautę velut ſignum futurę ꝑturbationis capeſſunt: ⁊ ſibi pręcauent: ne eos imparatos turbo improuiſus inueniat. Hic alio nomine a latinis erinaceus dictus eſt. Eſt ⁊ echinus apud gręcos terreſtre animal: cui eſt apud noſtros Hericio nomẽ quod ipſum ab herendo deductum eſt: ⁊ ęque ſpinis hirſutus eſt atq; maritimus echinus. De quo Amb. eodem lib. Echinus iſte terrenus quem vulgo hericium vocant ſi quid inſidiarũ pręſenſerit ſpinis ſuis clauditur atq; in ſua arma ſe colligit. Preterea echinus genus vaſis ęnei eſt in quo calices lauãtur: quã alij ampullam dicũt eſſe vitream. Horatius in Ser. Pocula cum cyatho duo ſuſtinet: aſtat echinus. Et echinus echini et echinuntis ciuitas fuit de qua Cicero in Arato. Dicitur excelſis errans in collibus amens. Quos tenet egeo defixa in gurgite echinus Hoc etiam nomine dicta eſt alia ciuitas in phthioride in faucibus Sperchij amnis vt inq̃t Plinius vna cum Ptolomeo.

Echineis: genus piſciculi quẽ ferunt per aquaz ſiſtere nauem q̃uis imenſam ⁊ velo et remis concitataz ne poſſit iter inſtitutũ peragere απο του εχω habeo teneo ⁊ ναυσ nauis ſiue ab εχομαι hereo ναυσ nauis ꝙ nauem teneat: vel naualibus tabulamentis adherens remorari compellat. Plinius libro. ix. Eſt paruus admodũ piſcis aſſuetus petris echineis appellatus. Hoc carinis adherente naues tardius ire creduntur. Inde nomine impoſito Remora a morãdo dicitur latine. Ob quam rem a gręcis ita dicitur a noſtris Remora. Remiligoq; nominatur. Luc. lib. vj. Non puppim retinens euro tẽdente rudẽtes In medijs echeneis aquis. Amb. Alios ĩ exiguo corpore tantũ validitatis aſſumere vt maximas nauiũ plenis currentes velis in medijs fluctibus ſiſtant: ſicut breuis piſciculus echeneis tanta facilitate memoratur nauem ingentẽ ſtatuere: vt quaſi radicatam mari herere videas nec moueri. Aliquãdiu em̃ imobilem ſeruat. Ferunt hunc piſcẽ fluxum grauidarũ vtero ſiſtere: partuſq; ad puerperiũ cõtinere.

Echidna: latine hydra ea potiſſimũ quę ab hercule interfecta eſt. Ouid. lib. iij. Faſ. Sanguine centauri lex neę ſanguis echidnę. Mixtus ad auxilium tempora nulla dabat. Vide in dictione Excetra.

Echo ſoni vel vocis repercuſſio. Gręce ηχω ſonus ⁊ ηχεω reſono. Ouid. lib. iij. me. Planxerũt dryades plangentibus aſſonat echo. Fit em̃ in conuallibus et locis cõcameratis: vbi ſcinditur reſultans aer: in quibus acceptę voces numeroſiore repercuſſu multiplicantur: nomenq; echo eiuſmodi voci a grecis datum eſt: vt Pli. lib. xxx. ſcribit: quoniã non eſt vagandi liberrimus camptis ſed obiectu reflectitur. Quę cauſa etiam multas voces multis in locis reciprocas facit ſicuti in vrbe Cyzico turres ſeptẽ acceptas voces multiplicant. Et olympie porticus fuit: quam heptaphonon appellant: quoniam ſepties eadem vox redditur. In hanc ſententiã ait. Lucr. Sex etiaz ac ſeptẽ loca vidi reddere voces. Unã cum iaceres ita colles collibus ipſi Verba repulſantes iterabant verba referti: hęc echo a latinis dicitur imago. Val. Flaccus lib. iij. argo. Rurſus hylan ⁊ rurſus hylan per longa reclamat Auia reſponſant ſylue ⁊ vaga certat imago. Hora. Quem deum cuius recinit iocoſa nomen imago. vbi Porphyrio expoſuit ꝙ imago dicit́ quaſi imitago.

Echos ηχουσ etiam gręci vocãt argutas valles ab ηχαω vt inquit Col. lib. x.

Eclegma atis: latine linctum dicimus frequentiſſimuz medicis omnibus. Sunt enim eclegmata quę fiunt lingendi gratia: non ędendi neq; deuorandi hoc eſt cũ aliqđ in ore tenẽtes paulatim diſtillando ſorbemꝰ απο του εκ καὶ λεγω γινεται εκλεγματα.

Econas vocant imagines ex membris aliquorũ ſimilitudine expreſſas: inquit Plinius libro. xxiiij. Unde ⁊ Econcula diminutiuũ. Sue. in Nero. Pro ſummo iuquit numine: tribuſq; in die ſacrificijs colere perſeuerauit econcula puellarem. Dicitur etiam Icona et Iconcula.

Eclypſis latine defectio. Eclypticus defectiuꝰ εκλειπω deficio.

Ecthlipſis latine Eliſio: Ceſura eſt qua m. cum vocali eliditur. Ab aliquibus Elepſis. A quintil. Detractio transfertur. υπο εκ καὶ θλιβω

Ectaſis dici poteſt productio. Figura eſt qua ſyllaba naturaliter correpta ꝓducit́. Ab εκτινω ꝓduco. Dicitur a nõnullis Extaſis. vt Italiã fato ꝓfugus.

Ectaſis latine ſtupor. gręce εκσταισισ. Aug. in pſal. interꝑtatiõe. Ectaſis exceſſum mẽtis ſignificat. quę fit vel pauore vel aliq̃ reuelatiõe: in qua oẽs ſcti fuerũt quibus arcana dei mũdũ iſtũ excedẽtia reuelata ſunt

ſta vt de eoꝝ memoria laberent̃ interna.

Ecloga: electio explanatio ab ἐκλεγω qđ ē eligo. Vñ et Exceptus dicit̃ ſicut teſtat̃ Euſebius lib. de eccle. hiſtoria. neq; ſermonē de capris ſignificat. Tunc em̄ egloga dicitur.

Ectrapeli: quaſi horrentes ꝛ auerſati cōmunē ꝛ vſitatum nature modum.

Ectropiū dicitur cū inferior palpebra parum ſurſuꝫ attollitur: ſed pendens hyat: nec cum ſuꝑiore cōmittit̃ Lagophtalmos ꝟo cū ſuꝑior palpebra nō deſcēdit.

Ecyra pe. cor. ſocrus latine dicit̃. Vnde Tereñ. fabula. Similiter ἑκυροσ ſocer: pater viri. Sunt tamē qui hoc nomen aſpirent.

Eculeus vide in dictione Equuleus.

E Ante D

Edo es eſt: edi eſum vel eſtum. Dicitur ꝛ Edo is. correpta prima ſyllaba ab ἔδω quod ſignificat Veſcor. Virg. Eſt mollis flamma medullas. Infinito Eſſe. in paſſiuo Edor eris: eſtor preteritū eſus. Pli. lib. xx. Et in egypto propter eius amaritudinē non eſtus. Quādoq; Edo ſignificat conſumo. Huius compoſita ſūt Adedo qđ eſt ꝯſumo. Virg. Nā ſepe fauos ignotus adedit ſtellio. Ambedo circūedo. Idē. Ambeſas malis abſumere mēſas. Comedo a q̄ Excomedo. Exedo Obedo. Peredo et ſuperedo: que habēt pe. cor. Ab edo deducuntur Eſito as: ꝛ Eſurio ꝛ que ſequūtur.

Edax accipitur pro vorace conſumptore: a quo Edacitas: pro ingluuie.

Edo onis: idem quod edax: qui ꝛ manduco dicitur.

Edeatre dicti ſunt qui preſunt regijs epulis.

Edilia dicuntur omnia que ad eſum ꝑtinent. Gel. Qđ ex ſalutis vſu foret vt edilia quidem omnia defenderet ab arteria depelleretq; in ſtomachū ꝛ pulmonē.

Edones penul. cor. ſunt populi Thracie maritimi q̄ꝗ apud grecos per ω ſcribitur.

Edonij etiam thracie populi mediterranei. Virgi. Ac velut edoni boree.

Edonus mons eſt apud eoſdē populos a q̄ edoni ppli.

Edonides mulieres bacchantes q̄ furore diuino agitate myſteria bacchi celebrabāt varijs aūt noib⁹ appellabant̃ huiuſmodi bacchātes. Nam et Euantes Thyades: ꝛ Mimalonides ꝛ Menades ꝛ Baſſarides. De his Ouid. Protinus in ſyluis matres edonidas omnis.

Edeſſa nomen ciuitatis quo ſignificatur aquarū impetus. Hinc edeſſenſes populi. Stra. Trās euphratē eſt bambyce quā Edeſſam ꝛ hierapolin vocāt in qua Atergatim ſyriam deam colunt.

Edico edicis: penul. produ. ſignificat Iubeo pronūcio decerno: et eſt ꝓprie magiſtratuū. Vnde edicta que ſunt Conſulū pretorum ꝛ edilium littere quibus aliquid imperatur. Mandare eſt gerendum aliquid aſſequendūq; cōmittere. Precipere magiſtroꝝ ſeu magiſtratuū et ſuperiorum. Iubere frequēter pro imperare. Edicere etiaꝫ eſt oſtendere ꝛ declarare: quaſi extradicere. Vnde legimus de apoſtolo Ioanne ꝙ cōpulſus fuerit diuinā natiuitatē edicere.

Ediſſero ediſſeris: penultima correpta extra diſſero explano declaro. Pacu. Ediſſere fabulam hanc. Virg. lib. ij. Mibiq; ediſſere vera roganti.

Edolo edolas: penultima correpta perfecte dolo polio. Nonius. Edolare fabrorum eſt cum materiaruꝫ complanatur aſperitas. Vſi ſunt eo verbo laudādi ſcriptores vetuſtatis etiam ad alias fabricas rerum. Vnū ego libellum nō edolem.

Edom Eſau dictus eſt ob coctionem rufe lentis cuius edulio primogenita perdidit. Hebrei nāq; vt Ioſephus libro. ij. ſcribit Edom rubeum dicunt. Vnde ꝛ regio in qua regnabat Eſau edom dicta eſt: quā greci honeſtius Idumeā denominauerūt. Hec nunc regio inquit Hiero. Gebalena dicitur: que eſt in finib⁹ Eleuthropoleos: vbi habitabant ante chorei qui interpretantur liberi. Vnde et ipſa vrbs poſtea ſortita vocabulū eſt. Nunc viculus paleſtine eſt a conditore ſic impoſito nomine: alio nomine dicitur Seir. piloſus et hiſpidus. Vnde ꝛ montes Idumeorū appellātur montes Seir.

Educo educis penultima producta extra duco. Liuius lib. j. In aciem copias eduxit. Virg. pro extraho poſuit libro. x. hoc dicēs Eduxit corpore telum. Aliqñ educere eſt erigere. Iteꝫ libro. vj. Aramq; ſepulchri congerere arboribus: celoq; educere certant. Aliquādo Nutrire. Terentius in Adelph. Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi: eduxi'a paruulo habui amaui pro meo. Sed nos magis educare dicimus q̄ð educere. Virgilius libro. vj. Quattuor hic iuuenes totidem quos educat vfens.

Educo educas penultima correpta nutrio. Vnde liberorum educatio.

Edurum non durū quaſi extra durum. Ibi enim e priuationē ſignificat: vt in enode. Nam eduras corylos dicimus. Hoc eſt non duras.

Edulis penultima ꝓducta qđ māducari poteſt. Hora. Vinea ſūmittit capreas non ſemꝑ edulis.

Eduliū dicit̃ quicquid ad prandiū cenamq; edendi gratia apponitur ꝛ ſumimus preter panē. Hiero. Cui⁹ edulio primogenita perdidit.

Eetion: nomen patris Andromaches qui apud Cilicie thebas imꝑabat. Homerus lib. iliađ. xxj. κρηδε μνοθεο ραοι δωκε χρυγη αφρωδιτη ημαϊτω ο τεμιν κορυθαι ολοσηγα γεθε εκτωρ εκ δο μου ηετιωνοσ ſed nota caſſandram in predam veniſſe agamennoni: eiuſq; concubinam fuiſſe vnde Euripdes in Hecube tragedia προσ σοισι πλευροισ παισ εμη κομιζεται φοιβασιν καλουσι κασ ανδραν φρυγεσ.

E Ante F

Effarcio is: effarſi tum. maxime impleo. Ceſa. lib. vij. Hec autem que diximus interualla grādibus in fronte ſaxis effarciuntur.

Effata ſunt vltime precationes augurum: quas poſt fines auſpiciorum extra vrbem ſunt effati. vt Varro ꝛ Seruius aiunt. Effari em̄ ꝓprie eloqui eſt. Virgili⁹. Sic effatus veſtigia preſſit.

Effaxillo as: ab Axilla venit ꝛ ſignificat exero ꝙ exerto brachio axilla oſtendatur.

Effero penul. cor. ers. extrafero ſed omnino grecum eſt φερω φερεισ και μελλωνοισω εστιγαρ αρω μαλον. Virgilius lib. ij. Mene efferre pedē genitor. Hinc efferri cadauer dicitur cum celebrat̃ fun⁹ vel dū ſepelit̃: quaſi extra domū ferri. Siquidē veteres ſolebāt extra vrbē ſepeliri niſi fuiſſet magiſtrat⁹. Honeſtiores tamen circa vias. Vnde frequēter epitaphij ad viatores diriguntur. Luc. Depugnabunt pro te ipſi et morientur ac ſe vltro efferent. Et efferri dicuntur mala que patiendo vincimus ꝛ quaſi tumulamus. Ci. lib. iiij. Tuſc. Neq; tā terribilis vlla fandi ratio eſt neq; ſors neq; ira celitum inuentū malum qđ nō natura humana patiēdo hec efferat: id eſt vincat ſubdat ſepeliat. Interdū Efferre eſt prouehere exaltare. Virgilius. Extulit hec decios marios magnoſq; camillos. Interdū Laudare: Quis ad idem reduci poſſit. Nam cum dicimus: Effero illius facta eum euehimus ab humiliori gradu ad altiorē. Sed hec per tranſlationē. Nam ꝓprie idem alibi. Oſtendit dexteram inſurgens entellus: et alte extulit id eſt in altum leuauit. Interdū proferre: vt apud eundem. vt Belli ſignum laurenti turnus ab arce extulit. In-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN